1. Tragicocomoedia de Hierosolymitana profectione illustr. ducis Pomerani .... a Johanne de Kitscher. Stettin. 1594. 40 Seiten.

2. (Zur Hochzeit von Joach. Jos. Rango und Cath. Elis. Wolffrahtin) de Ranganianae gentis .. splendore. von Jo. Gail. Pfennigk. Lübeck 1698. 44 Seiten

3. Joach. Fabricius, Leichengedicht auf Joh. Micraelius. Stettin 1658 72 S.

4. Kurtze Abdankung Ludovici Jacobi " " " u. Verzeichnis von Micr. Schriften (seit 1616) 8 S.

5. Henr. Schaevius, monumentum literarium " 8 S.

6. Monumentum .... Micraelio ... ab amicis ... Pyricensibus positum. 8 S.

7. Ultimum officium ... manibus ... Micraelii .. sacratum ab amicis ..... 8 S.

8. Cupressus ... manibus ... Micraelii .. erecta a Frederico Reimero 4 S.

Domus Micraeliana cum cognato lugens 8 S.

9. Laurea lugubris honori supremo .... Micraelii ... victa et plexa a suis discipulis 20 S.

10. Bustum .... Micraelii ... lachrymis fautorum, affinium et amicorum madidum. 16 S.

11. Francisci Wokenii .... Beytrag zur Pommerschen Historie ..... Leipzig 1732. 266 S.

(11a) Lud. Aug. Würffelii ... dissertatio .. de vena Pomeranorum poetica. Greifsw. 1738. 8 S.

12. Wilh. Engelken, Einweihungs-Predigt bei Neueröffnung der Marien-Kirche in Stargard. 1661. Stettin 1661. 82 S.

✓ 13. Friderich Wagner, Lacrymae Stargardiae .... Danck...
Predigt ... bey dem hundert-jährigen Andencken der ...
Einäscherung ... Stargardts 1635. Stargard 1735. 38 S.

14. Stargaris oder der Stadt Stargard Glück- und Unglücks-Fälle
in einem Schau-Spiel vorgestellet v. M. Christophoro Praetorio
Alten-Stettin 100 S.

15. Christoff Heinrich Rülen, Merckwürdige Himmels-Gestalt:
oder Astrologische Gedancken über die vier Neben-Sonnen, welche sich ... den 14. Jun. des 1667sten Jahres in
Stargardt ... sehen lassen. Alt-Stettin 1667. 68 S.

✓ 16. Hundertjähriges Ehren-Gedächtniß Herrn Peter Grönings
.... aufgerichtet von M. Daniel Gottfried Werner.
Stargard 1733. 8+96 S.

✓ 17. Herrn ... Petri Grönings .... Testamentliche Donation ad
pias causas. Publicatum Stargard in Parsa den 12.
Martii Anno 1631. Gedruckt daselbst ... 1680. 24 S.

18. Joh. Andr. Hiltebrandt, Verzeichniß der Hirten nach
Gottes Hertzen .... ~~Stargard 1724~~ Alten Stettin 1724.
8+24+80 S.

19. Nic. Michaelis, Stamena Gryphicum, quo necessitas ...
Greifswaldiae anno liberationis suae 1631 exprimitur. Gryphisw. 18 S.

20. Alb. Georg Schwartzen ... Historischer Begriff vom Ursprung
der Stadt Greyffswald. Greifswald 1733. 100 S.

21. Alb. Georg Schwartz .. Verkündigungs-Schrift (zum 500 jähr.
Best. der Stadt Greifswald. Anbey ... von dem Alter

und Ursprung der Teutschen Städte insgemein, wie
auch der Pommerschen und Rugianischen insonderheit
handelt. Greifswald (1733). 8 S.

22. Albert Georg Schwartzen ... Einleitung zur Pommersch-
Rugianischen Dörffer-Historie. Erster Versuch vom
Lehn- und Ritter-Guth Ludwigsburg. Greifswald
1734. 8 + 28 S.

23. Laur. Matth. Baumann, de templo arcis Stolpensis
... anno 1702. 12 S.

ULTIMUM OFFICIUM
SANCTIS MANIBUS
ADMODUM REVERENDI, AMPLISSIMI ET EXCELLENTISSIMI

VIRI

DN. JOHANNIS MICRÆLII,

S.S. THEOL. D. ET PROFESSORIS, UT ET REGII PÆDAGOGII, QVOD EST STETINI, RECTORIS MERITISSIMI, NUNC ET SEMPER MEMORABILIS,

Cum is XIV. Decembr. post depositas mortalitatis exuvias in templo ibidem Cathedrali, terræ Matri mandaretur, sacratum

ab

Amicis, partim extraneis Academicis, partim patriis & Stetinensibus.

STETINI,
Typis GEORGII GOETSCHII, Reg. Pædag. Typogr.

7

OCcidit ah! fulgens Patriæ MICRÆLIUS astrum,
Ille animi felix ingeniiq; bonis:
Qvē dudū in summo celebris doctrina locavit,
Cui Pietas, Candor, Svada & ubiq; comes.
O qvot virtutes orbis, qvot munera in uno
Suspexit qvondam Patria chara Viro!
Qvàm te qvisq; bonus seclo superesse voveret!
Noti ac ignoti qvàm tua fata dolent!
At qvid flere juvat? qvid prodest tundere pectus?
Qvilibet arbitrio statq; caditq; Dei.
Hic fidum adventu recreat solamine pleno
Servum, nec votis pondus abesse sinit.

Postremi honoris & affectus ergo magnum Amicum
& debitæ in superstites condol. ergo scr.

Joh. Michaelis, D. p. t. Acad. Rector.

SIccine MICRÆLI tandem post mille labores
Mœstitiam nobis intereundo paris?
TE cecidisse qveror; tua qvis non funera plangit?
Maxima spes nobis funere rapta tuo.
Sed licet abreptus, densis licet obrutus umbris,
Mens tamen æthereas vivit adepta domos.

Michael Cobabus, S.S. Th. D.
& Math. P. P. pro temp. A. Rect.

HÆc est doctorum sors indubitata virorum,
Eventu tali claudere cuncta solent,
Postqvam se variis monumentis usibus orbis
Diffudêre, necis terminus urget eos.
Non animi dotes tantum sparsere per orbem,
Dispersere etiam corporis omne decus.
Exemplum poterit præbere Micrælius orbi,
Cujus vita labor doctus in orbe fuit.

Exhau-

Exhausit vires, dum summis viribus hausit
Numinis omne bonum, luminis omne decus.
Id solamen erit fati, transcendere fatum,
Et prodesse bonis & superesse Deo.

Memoriæ desideratissimi Amici P. P. Lastochii
Joh. Georgius Dorscheus, D.
Argentoratensis.

QVam me percusit ceu fulmine nuncius ille,
Sedini dicens occubuisse decus.
Qvamvis mortali nullus sit lege solutus,
Et pulset doctas mors inopina fores.
Non tantum hæc clades doctæ est lugenda juventæ,
Seu qvisqvis plenum cor probitatis habet.
Non solum obduxit nostratia pulpita luctus,
Et talem fatis succubuisse gemunt:
Hos qvoq; deplangunt vultus aliena Lycæa,
Et sit communis dum furit ille dolor.
Præcipue sensit prægrande Ecclesia vulnus,
Cujus percelebri nomine miles erat.
Sed vos Hæretici nolite exsurgere plausu:
Vivit, & oppugnant fortia scripta Viri.
Interea nostri clemens miseresce Jehova
Cætus, & plures perfice Micrelios.

mœrens lugensq; amico suo conjunctissimo in ultim hon. scrib.
Abraham Battus, D.

CElsâ mente virum decorandum laude perenni,
Doctorem vigilem, Theiologum celebrem,
Eheu! mors subitò mortalibus abstulit atrox.
Sed qvid lugemus? sic placuit DOMINO.

Joh. Qvistorpius, D. Theol. Prof.

TOt meritis scriptis, pridem Celeberrime, nostrum,
Micræll, mortem nonne dolere tuam?
Sic est. At qvando tamen hunc Φωστῆρα Lycei
Permittitt penitus Musa polita mori?
Nunqvam cessabit volitare per ora Virorum,
Virtutem pretium dumq; manebit honor.

Daniel Lagus, D

VOX LUGUBRIS,
Qvam facilè mihi elicuit Dies Ultimus
Viri, dum viveret, Incomparabilis,

DN. JOHANNIS MICRÆLII,

Doctoris & Prof. Theologi Philosophiq; celeberrimi, Regii Stetinens. Pædagogii Rectoris;
GLORIÆ POMERANORUM:

NOn ego, *Stetinum*, mea nunc Tibi gaudia mitto,
Sed tristes fletus: Flebis & ipsa, scio.
Heros doctrinæ, MICRÆLIUS Ille, negavit
Inter mortales amplius esse super.
Vel Reges ipsi, Comites Proceresq; dolebunt
MICRÆLI fatum. Dormiat ille DEO!

Bernh. Gosman, Th. D. & P.P.

Beatis manibus piè Defuncti.

QVi non Doctoris Micræll funera deflet,
Haud illum novit, durior aut lapide est;
Vix vidit similem Doctori patria nostra,
Vix visura Virum creditur huic similem.
Cujus cana fides, doctrina, & criminis expers
Vita, volat passim docta per ora Virûm.

Hunc

Hunc cecidisse dole, STETINUM, sindone tristi,
Fata Viri luge, fata dolenda dole.
Tota Ministerii luge Veneranda Corona,
Hunc cecidisse Virum, qvi fuit arte gravis.
Hunc cecidisse dole TU TU studiosa juventus,
Nam mors est MAGNI, non sine clade, VIRI.
Hunc cecidisse dole, pia conjunx, more modoq;
Certo, VAH TIBI qvam flebile discidium!
Condoleo, & precor, affligens solatia rursum
Cœlitus afflictæ præstet ut ipse DEUS.

Attestandæ condolentiæ ergò Compatri & Amico ἐν ἁγίοις singulari f.

M. Matthias Decenius, Pastor Aulicus.

PLangite *Castalides*, suffundite lumina rore,
Castaq; nunc palmis tundite corda piis.
Barbita ter clangant qveritantia tresq; sorores
Totaq; Musarum lugeat alma cohors!
Heu nimium propero MICRÆLIUS, alter Apollo,
Effertur fato, duxq; caputq; Scholæ.
Ille novenarum decus immortale sororum,
Laus Patriæ, & vestri gloria summa chori.
Iste Vir effertur, qvo non est dignior alter,
Qvi mereat Pylios exuperare dies.
Sive Senis mores cupias spectare verendi
Seu raras mentis nobilioris opes,
Seu merita in cœtum hunc, cui multos præfuit annos
Antistes scriptis, eloqvioq; potens.
Omnibus is gratus, nulli gravis, omnibus idem
Præstitit officii munera prompta sui.
Sed nihil hæc diram potuerunt flectere mortem,
Ut tam praclato parceret illa *Viro.*

O Fatum infelix, ô Parcæ haud lædere parcæ!
Sic rapitis dignum perpete luce Virum?
Sed terræ ereptus: cœlestia regna subivit,
Mixtus ubi geniis gaudia vera capit.
Qvanqvam abitu hoc nobis magnum attulit ille dolorem,
Qvi doctos ejus hausimus ore sonos:
Nec nobis tantùm, sed doctis omnibus æqvè,
Et qvibus illius cognita fama fuit,
Qvæ feret hunc ipsum solvi metuentibus alis,
In mare dum liqvidas trudet aqvas Viadrus.

Viro de Ecclesiâ Christi præclarè merito
inter lacrymas posuit

M. Salomon Matthiæ, Archidiac.
ad S. Mar. & P.

Undiq; nos luctus, nos undiq; tristia cingunt,
Nos fera bella manent, nos mala multa premunt.
In pejus ruere, & retrò sublapsa referri
Omnia, mortalis cernit & audit homo.
Præda sumus Mortis, peccati, Dæmonis omnes,
In nos heu! cumulant & sua tela ferunt.
Exemplo es nobis, Micræli, Compater alme,
Qvi Patriæ Lumen, qvi decus orbis eras,
Ut tua permulti monstrant Monumenta laboris,
Annorum seclis digna manere, Bonis.
Scripta qvidem, nomenq; tuum, laudesq; manebunt,
Rus donec madet, & piscis in amne natat.
Ast tu marcescis nunc tristi funere mortis,
Qvæ te communem poscit adire locum.
Incertâ non sorte; DEI sed contigit istud
Nutu, stat cujus vita salusq; manu.
O igitur felix, omniq; ex parte beatus
Rector Gymnasii, dum sua fata tulit.
Incola nunc patrii est regni, nunc Orbis & Orci
Nil fremitum curat, nil timet ora necis.

Pax

Pax æterna, manent ubi gaudia, sancta voluptas
Aspectu fruitur colloqvioq; DE;I.
Ergò modus lacrymis, tristi modus esto qverelæ,
Defuncto invideat gaudia nemo poli.
Nec juvat hîc porrò nimio indulgere dolori:
Supremo satis est, sic placuisse DEO.
Transiit hic Doctor; sic ibimus, ibitis, ibunt:
Hinc bene tu transi, mox bona Jova dabit.

In Domini Compatris sui desideratissimi obitum mœstus apponebat

M. Daniel Killman, Pastor Möringensis.

Grab-Schrifft.

HJe ligt der theure Mann MICRÆLIUS vergraben
Hie ligt die Weißheit selbst/ der Außzug hoher Gaben/
Der Phönix unser Zeit/ der wehrte Pindus-Sohn/
Des Vaterlandes Lust/ Glantz/ Blum/ Kern/ Stern und Krohn.
Hie ligt die Tugend selbst/ der Ruhm der weisen Leute/
Die deutsche Redligkeit; Dennoch wird Er zur Beute
Dem gelben Knochen-Mann. Betrachte/ wer da kan/
Ob Klugheit/ Witz/ Verstand vom Tode retten kan.

Auß Kindlicher Schuldigkeit/ mit hochbetrübten Hertzen hat dieses seinem wohlsehl. Herrn Vatern/ Mutter Brudern/ Wolthätern und grossen Beforderern hinzu setzen wollen und sollen

Samuel Plaster/ Pastor Wartenbergensis.

FInibus angustis feralis siccine, latum
Qvem Famæ spatium non capit, urna capit?
Siccine perpetuis involvitur ille tenebris,
Orbis in aprico nomina cujus erant?
Neqvicqvam. Post exeqvias mens clara superstes;
Haud capit in tantum jus Libitina caput:
Hactenus augustum circum qvæ vexit in orbe,
Nomen *Micræli* buccina, porro vehet.

Qvæq;

Qvæq; ſuum vocitat Pietas, Sapientia, Virtus:
Luget Svada ſuum Relligioq; virum.
Subſeqvitur fluidis plangens Pomerania vittis
Multiplex uno funere funus agi.
Ergo tibi ſoli, qvem tot ſibi Numina poſcunt,
Gratis diſpenſas hunc, Libitina, Virum.

B. magni Micrælii Manes proſeqveb.

M. Daniel Schultz.

SI Viadrina Viros ploraſti Muſa celebres,
Micræli Fatum fle, pia Muſa, gravis
Palladiæ Jubar omne Scholæ, Sophiæq; ſacerdos
Prudentumq; Solon, triſtia buſta ſubit!
Qvod Latiæ qvondam & Grajæ docuere Camænæ,
Omnia ab hoc uno ſunt patefacta Viro
Auſonius vafris pollens Goliathus in armis
Qvi cœlum meritis vult ſuperare ſuis
Hujus ad Augmentum, magni velut Herculis Hydra,
Ad gladium, ſtupuit, & ſine felle fuit.
Tentavit Calvina ſimul ſua ſpicula Circe,
In caſſum! ceſſit livida crena Viro.
Occidit? heu Patriæ nunqvam delebile Vulnus!
Occidit Aonii Lausq; Decusq; Chori.
Flete Sedinenſes, Pomerani Flete, Juventus
Fleto, Juventutis Lux cadit ecce tuæ.
Pegaſias tellus jam deteſtata Camænas
Oſſa vorat, vulgo non ſaturata, Sophi.
Spiritus auratas ſcandit ſuper ætheris arces
Atq; Juventutis fert pia jura novæ.
Surgit, io! ſurgit mens ætheris æmula, ſummis
Deliciis nitidi ſat fruitura poli.
O Felix! qvicunq; modo tellure relicta
Incola in Eoo ſtatq; vigetq; Foro.

lugens ſcripſit

Martinus Bambamius, Adv. & P. L. C.